Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ
Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæq etc. Dominus et hæres.
Significamus præntibus lris nris quorum interest universis, Quomodo coram
nobis et Ordinibus Regni et terrar. nrar. Prussiæ universis deducta fuit
in consensu Comitiorum prntium publico, causa et controversia inter Providos
Georgium Treuge et Nicolaum Adler Insulæ Juratos et plenipotentes Teichgra-
bij et reliquor. Jurator. omniumq Incolarum Insular. nrar. ad Arcem nram
Mariæburgen. spectantium tanq Actores ex una, et Famatos Gregorium Braun
et Georgium Muntzer Proconsulem et Consulem Elbingen., Eliam Arthopeum
plenipotentem Henrici Eske. Nobiles Simonem et Stephanum Loissios, suo et
fratrum atq nepotum suorum noie, tanq citatos partibus ex altera, occasione
operar. et labor. aggerandi, contributionis in usum publicum qua vulgo Landt-
schoss appellant conferendi, aliarq operar. Arci Mariæburgen. sive pacis aut
belli tempore pstandar. ad quæ omnia iuxta Consuetudinem antiquissimam et
privilegia divorum Antecessor. nror. omnes Insularum Incolas ex æquo alliga-
tos et astrictos ee coram nobis affirmatum fuit. Quæ tamen Elbingen. ex qua-
draginta Mansis ad Villam Sommeraw quodam spectantibus, et agris vulgo
Thanbeuser, Krebsfeldt et Hermansacker. Item Henricus Eske ex bonis Bru-
naw, et Loissij ex Reimerswalde et Tigenhago, atq ex nonnullis agris Villæ Orlob
facere detrectassent: neq reliquis subditis nris in villis quas iure advitali a nobis
Loissy possident tanq onera comunia ex integro et ex æquo cum cæteris nris
subditis excipere permisissent. Nos itaq visis et auditis partium propositionibus
deductionibus responsis, allegationibus et munimentis, præhabitoq consilio et
matura deliberatione omnium Ordinum, tam Spiritualium quam Secularium,
Consiliariorum et Senatorum nror. Regni et terrar. Prussiæ secundum Jura, alle-
gationes, privilegia divor. maior. nror. coram nobis producta, et consuetudinem
antiquissimam, cuius memoria initium non existit, Cognovimus, definivimus,
decrevimus; sicuti Cognoscimus, definimus et decernimus, prædictos Elbingen.
Gedanen. et Loissios eorumq subditos, ratione supramemorator. bonor., nimirum
quadraginta mansorum Sommerowen. et reliquorum agrorum et Villarum
Thanbeuser, Krebsfeldt Hermansacker, Brunaw Reimerswaldo Tigenhago et
agris Villæ Orlob, reliquorumq omnium in Insulis nris sitor. quocunq nomine

appellentur, ad omnes labores aggerandi onera et pericula publica excipiendi, Arciq; Mariaeburgen tempore belli et pacis operas praestandi Contributiones usui publico conferendi alligatos et astrictos ee, eaq; facere et praestare debere atq; in communi utilitate communem servitutem ex aequo sentire sicuti coeteri omnes subditi nri aggerant operas faciunt, contribuunt pericula communia excipiunt caeteraq; praedicta praestant temporibus perpetuis, Decreto hoc nro et Justitia sancta mediantibus. Porro cum sciamus quantum Regni nri et Terrar Prussiae intersit, ut publica ista opera aggerandi, aliaq; Insularum onera pericula et contributiones dicta communibus auxilys excipiantur praesten, turq; inq; ijs salutem Arcis nrae Mariaeburgen et Statum hostiorum Regni nri in Prussia longe nobilissimorum emporiorumq; et negotiationis maxime posita ee constat, Visum est nobis occasiones litium huiusmodi in perpetuum praeci, dendas et tollendas esse. Quas quidem Privilegys et literis divorum Antecessorum nror desuper datis inhaeren in omnibus suis clausulis et punctis ratas et gratas habemus, Constitutione nra perpetua praecidimus et tollimus de consilio oium ordinum dictor Regni nri et Terrar Prussiae firmiter constituentes, ut deinceps Omnes et singuli in Insulis agros possidentes, labores aggerandi, Onus contribuendi, catharactas servandi, operas Arci Mariaeburgen belli pacisve tempore praestari solitas, sine tergiversatione tanq; communem servitutem publicae saluti necessariam, ex aequo ad arbitrium Teichgraby et Juratorum sustineant et praestent, Subditosq; suos sustinere et praestare faciant atq; curent. Qui secus fecerit Teichgraby et Juratorum multae et poenae subiectus erit, cuius illis inobedientes et rebelles irrogandae et extendende facultatem omnimodam authoritate nra Regia facimus. vigore praesentis Constitutionis nrae perpetuo duraturae, Cassantes et in nihilum redigentes ea omnia quaecunq; in contrarium ad importunam alicuius instantiam a nobis concedi contigerit, Constituimus quoq; huius nrae Constitutionis perpetuae Judicem Executorem Generosum Joannem Kostka Castellanum Gedanen Terrar nrar Prussiae Thesaurarium modernum et pro tempore existent, ad quem solum Jurisdictio Insular nrar et officium

exequutionis huiusmodi ab immemorabili tempore spectaſse dignoscitur,
eidemq; committimus ut Decretum et Constitutionem hanc nram manuteneat
defendat et tueatur, atq; dictis Teichgrabio et Iuratis contra delinquentes,
ſicubi opus est Auctoritate nra Regia aſsistat, inobedientes et rebelles
debitis poenis ad officium compellat vi Decreti Constitutionis et muneris
ſui exequutorialis perpetuo duraturum hac nra Sententia mediante.
In cuius rei testimonium Sigillum nrum prntib; est appenſum. Datum
Varſoviæ in Conventu generali Regni, die Vigeſima ſeptima menſis
Martij. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo Sexageſimo quarto. Regni
vero nri trigeſimo quinto. Rdo Rndi Petri Mischkowsky
Regni Poloniæ Vicecancellarij Decani Cracovien Gnesnen Plocen Lancz.
ovarc Præpoſiti

Petrus Miskowsky R.P.
Vicec. spt

27/3 1564

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Mag. Dux Lithvaniæ
Russ. Pruss. Masov. Samogitiæque etc. Dominus et hæres. Significamus
Præsent. literis nostris quorum interest universis. Quomodo coram nobis et
ordinibus Regni et terrarum nostrarum Prussiæ universis deducta fuit
in consessu comitiorum nostrorum præsentium publico causa et controversia,
inter providos Georgium Treuge et Nicolaum Adeler Insulæ jura-
tos et plenipotentes Teucheravij et religuorum juratorum omniumque In-
colarum Insularum nostrarum ad arcem nostram Mariæburgen. spectantium,
tanquam Actores ex una, et famatos Georgium Braun et Georgium
Münzer Proconsulem et Consulem Elbingens. Eliam Arthopeum Ple-
nipotentem Henrici Eske, Nobiles Simonem et Stephanum Loissios,
suo et fratrum atque nepotum suorum nomine, tanquam citatos partibus ex
altera, occasione operarum ex laborum aggravandi contributionis in
usum publicum quam Vulgo Landtgoss appellant conferendi aliarumque
operarum Arcis Mariæburg. sive pacis aut belli tempore præstandarum ad
quæ omnia juxta consuetudinem antiquissimam et privilegia divorum
Antecessorum nostrorum omnes Insularum Incolas ex æquo alligatos et astri-
ctos esse coram nobis affirmatum fuit. Quæ tamen Elbingens. ex quadraginta
Mansis ad Villam Sommerau quondam spectantib. et agris Vulgo Thanheü-
ser, Krebsfelt et Germansdorff. Item Henricus Eske ex bonis
Brünaw et Loyssi ex Reimerswalde et Fligenbergo atque ex nonnul-
lis Agris villæ Orlop facere detrectassent neque reliquis subditis nostris
in villis quas jure advitali à nobis Loyssi possident, tanquam onera com-
munia ex integro et ex æquo cum cæteris nostris subditis excipere per-
misissent. Nos itaque visis et auditis partium propositionibus et deducti-
onibus responsis allegationibus et munimentis præhabitoque Consilio et
matura deliberatione omnium Ordinum tam Spiritualium quam Secula-
rium Consiliariorum et Senatorum nostrorum Regni et terrarum Prussiæ
secundum jura, allegationes, Privilegia divorum Maiorum nostrorum coram nobis
producta et consuetudinem antiquissimam cujus memoriæ initium
non extitit cognovimus definivimusque decrevimusque sicuti cognoscimus
definimusque et decernimus prædictos Elbingen. Gedanen. et Loyssios
eorumque subditos ratione supramemoratorum bonorum nimirum quadra-
ginta mansorum Sommerovien. et reliquorum agrorum et Villarum
Thanheüser, Krebsfelt, Germansdorff, Brünaw, Reimerswalt
Fligenbergo et agris villæ Orlop, reliquarumque omnium in Insulis nostris

sitorum,

sitorum quocunq3 noie appellentz ad oes labores aggerandi onera et pe=
ricula publica excipiendi, Arcis Mariaeb. tempore belli et pacis operas
praestandi contributiones usui publico conferendi alligatos et astrictos esse
eaq3 facere et praestare debere atq3 in communi utilitate communem ser=
vitutem ex aequo sentire sicuti caeteri oes subditi nri aggerant operas
faciunt contribuunt pericula communia excipiunt caeteraq3 praedicta
praestant temporibq perpetuis, decreto hoc nro et justitia sancta me=
diantibq. Porro cum sciamq quantum Regni et Terrar. Prussie
intersit ut publica ista operae aggerandi, aliaq3 Insularum onera peri=
cula et contributiones dicta communibq auxiliis excipiantur, praestenturq3
inq3 iis salutem Arcis nrae Mariaeburg. et statum Hostior. Regni nri
in Prussia longe nobilissimor. emporiorumq3 et negotiationis maxi=
me posita esse constet visum est nobis occasiones litium hujusmodi in
perpetuum praecidendas et tollendas esse. Quas quidem Privilegiis et li=
teris divorum Antecessorum nrorum desuper datis inhaeren. in oibq suis
clausulis et punctis ratas et gratas habemq constitutione nra perpetua
praecidimq et tollimq, de consilio oium ordinum dictorum Regni nri
et terrarum Prussiae firmiter constituentes, ut deinceps oes et sin=
guli in Insulis agros possidentes, labores aggerandi, oius contribuendi ca=
tharactas servandi operas Arci Mariaeburgen. belli pacisq3 tempore prae=
stari solitas sine tergiversatione tanq3 communem servitutem publicae
saluti necessariam ex aequo ad arbitrium Theichgrabii et juratorum
sustineant et praestent subditosq3 suos sustinere et praestare faciant
atq3 jubeant. Qui secus fecerit Theichgrabii et juratorum mulctae
et penae subditus erit cujus illis inobedientes et rebellos irrogandi et
extendendi facultatem omnimodam authoritate nra Regia facimq
vigore praesentis constitutionis nrae perpetuo duraturae, cassantes
et in nihilum redigentes ea oia quaecunq3 in contrarium ad im=
portunam alicujus instantiam a nobis concedi contigerit. Constitu=
imq quoq3 hujus nrae constitutionis perpetuae judicem et execu=
torem Generos. Johan. Kostka Castellanum Gedanens. terrar.
nrar. Prussiae thesaurariarium modernum et pro tempore existent.
ad quem solum jurisdictio insular. nrar. et officium executionis hu=
jusmodi ab immemorabili tempore spectasse dignoscitur eidemq committi=
mq, ut decretum et constitutionem hanc nram manu teneat,
defendat et tueatur atq3 dictis Theichgrabio et juratis contra delin=
quentes

Contributionem exigere

guentes sicuti opus e authoritate nra Regia assistat, inobedientes
et rebelles debitis poenis ad officium compellat, vi decreti constitutio
nis et muneris sui executorialis pptio duraturum hac nra sen
tentia mediante. In cujus rei testimonium sigillum nrum
psentib. e appensum. Datum Varsoviae in conventu generali
Regni, die 27 Mens. Martij. Ao. Dom 1564. Regni
v. nri 35. Rtio Rndi Petri Mischkowski Reg.
Poloniae Vicecancell. decani Cracovien. Gnez. Plocen. Lanc.
Warl. Ps. Scripti. Petrus Miskowski R. P. Vice Ca.